



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

24 Alienatio rei ecclesiae facta, forma non servata, infringitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

bent, ut omnia possint verisimiliter, ad omnium ibi existentium notitiam pervenire, exemplumque litterarum collationatum valvis ecclesiarum affixum reliqui debet, ead. constitut. §. nos hoc malum, in fin.

17 Pro beneficio rurali † quodque populo, aut conventu caret, publicatio in parochiali iarra cujus parochiæ limites beneficium constitutum existat, & in cathedrali ecclesia, † vel, si locus bello, aut peste, seu manifestis periculis, subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali ecclesia, vel si aditus ad illas, aut alteram ipsarum minime sit securus, in alia cathedrali, vel parochiali viciniori periculis immuni publicatio hujusmodi fieri debeat, eadem constitut. §. si vero Ecclesia.

18 Provisus de beneficio, † etiam litigioso, vel à cedente non possessore, possessionem beneficij infra dictum tempus vigore litterarum Apostolicarum desuper confectarum, aut provisionis auctoritate ordinaria factæ, nec alias apprehendere debet, quod si propter litem, aut aliud impedimentum apprehendere non poterit, saltem litteras cum earum publicatione, si tunc facta fuerit iudici, seu executori illarum, vel illi, ad quos pertinet, per se, vel procuratorem suum legitimum, infra idem tempus presentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum litterarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere debet, ut in ead. constitut. §. is quoque.

19 Cum autem S.R.E. Cardinales, † sub regulis cancellariæ non comprehendantur, ut trad. Gomez. in proem. reg. quest. 6. numer. 10. & habetur per Clementem Papam VIII, in suis regulis cancellariæ

reg. 69. & ideo dubitari contingeret, an constitutio hujusmodi ipsos comprehenderet, licet videretur, quod sic, cap. 1. de schismat. & idem Gomez. de publ. resign. quest. 12. numer. 3. ad tollendum omne dubium fuerint expresse comprehensi, ut ead. constitut. §. 1. ibi, etiam S.R.E. Cardinales.

20 Resignationum † publicatio sub modo, & forma desuper tradita fieri debet, alias redditur nulla, ut expresse disponitur, ultra quod, non servata forma data à lege corruit actus, c. cum dilecta, de rescript. c. venerabili, de off. deleg. cap. fin. de rest. spol. Rom. cons. 236. numer. 8. & Felyn. in d. cap. cum dilecta, numer. 7. circa med. vers. gesta contra

21 formam, de rescript. † major est enim defectus formæ, quam materiæ, glol. in l. unus §. si acceptilatio in verb. inutilis, & ibi Paul. Castr. numer. 2. de pact. & l. certa forma, & ibi Joann. de Plat. C. de iurefisci lib. 10. nec potest adimpleri per æquipollens, ut

22 in ead. constitut. eod. §. cæterorum, † Quia quando datur certa forma à jure, vel ab homine, paria sunt agere directè contra, vel citra, cap. prudentiam, & ibi Abb. u. 5. de off. deleg. & Felyn. in d. c. dilecta, n. 6. vers. amplia primo, qui tradit regulam cum pluribus limitationibus, & ampliationibus, & hinc videmus † quod ex isto capite, infringitur

23 alienatio rei ecclesiæ facta, forma non servata, cap. sine exceptione. 13. qu. 2. cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. in 6. & clem. 1. & ibi Card. eod. titul. Bart. in l. cum sic, §. eam transactionem, numer. 3. ff. de transact. Bald. in l. fin. §. necessitate, numer. 27. C. de bo. qua lib. Jal. in l. contra iuris, numer. 9. de pact. & Felyn. in cap. causam, il. x. numer. 8. vers. contra hæc, de jud.

24 Infringitur etiam † alienatio rerum immobilium